



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

5. Abbas an teneatur ad promissa monacho. Et quid de patre promittente
filio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

bis quis de iure poli tenetur ad restitutionem:
licet videatur secus de iure ciuili.

- 3 † Primus est, quando dominus suo seruo
promisit: quia non tenetur de iure ciuili: vt l.
naturaliter. ff. de cōdiēt. indeb. l. quod attinet.
ff. de reg. iur. l. interpositas C. de trāsact. tamen
secus est de iure diuino: quo tenetur haeres il-
lud soluere: secundum Inno. in d. c. pleriq. &
ratio secundum Abbatē Siculum ibi est: quia
licet non adsistat ius ciuile illi obligationi:
tamen adsistet ius canonicum, quod fouet illud
promissum ex sufficienti causa: vt c. 1. & 2.
4 de pactis. cūm Deus † non faciat differentiam
inter simplicem loquelam, & iuramentū. bene
facit ad hoc quod not. in c. 1. de poenis. lib. 6. Et
idem quod dixi de promissione facta per domi-
num seruo, potest dici: secundum Abbatem
5 de promissione † facta per Abbatem mona-
cho alleg. l. non ideo. de noua. Inno. in c. insinu-
ante. qui cle. vel vouen. & no. per Io. An. in c.
cum singula. de praben. li. 6. & in c. nō est ob-
ligatoriū. de reg. iur. eo. lib. Et idem ego puto de
promissione facta per patrē filio: vt not. in l.
frater à fratre ff. de cōdiēt. indeb. et l. patris et
filiū

filij ff. de fur. & not. in l. lis nulla ff. de iudi. &
 c. non est. de sponsa. & est bonus tex. cum gl.
 2. q. 7. queritur. & ibi vide.

† Secundus est, in quo debet haeres restituere 6
 re in foro poenitentiali quaesitum per mathe-
 maticum vel meretricem, aut histriones ac si-
 miles: quia licet de stricto iure turpiter detur
 ac turpiter accipiatur: vt l. 3. §. sed quod me-
 retrici. ff. de condi. ob turpem causam. bene fa-
 cit. c. 1. de vita & bone. cleri. lib. 6. & sic repe-
 ti non possit, cum in pari causa turpitudinis
 † sit potior conditio possidentis: vt d. l. vbi. ff. 7
 de condi. ob turpem cau. & regula: in pari. li. 6
 tamen iure poli est vtriq; poenitentia iniun-
 genda, & talis quaestus est restituendus paupe-
 ribus: argu. l. Lucius. in fin. ff. de iure fisci. per
 Cy. in l. cum testa. C. de condit. ob turpem cau.
 & per But. in d. c. quia pleriq; qui alleg. 14.
 quaestio s. c. non sane.

Tertius † casus est in legatario, cui solutum 8
 est integrum legatum quod poterat diminui
 per legem Falcidiam: quoniam licet stricto iu-
 re naturalis obligatio impediatur soluti repe-
 titiorem

titionem